

ANNOTATA

“ Et prius illud τρέχοντες est participium pro nomine σταθεύμοι,
“ more Hebræo. Στάδιον curriculum in glossario. Βραβεῖον pal-
“ ma in eodem glossario. Et in hoc loco citando, ubi est Βραβεῖον,
“ palmam dixerunt Cyprianus & Ambrosius. Eandem vocem in sen-
“ su, ad quem tendit hæc comparatio habes Philipp. III. 14.

De nexu cum præcedentibus ita B. Glassius parte II. Exeg. Text.
Evang. & Epist. p. 228. *Videtur omnino hac similitudine innue-
re, quod Corintbii isti, qui in gratiam infirmorum fratrum ab esu
idolothitorum, & conviviis idololatrarum abstinere nollent, ejus
mali causam esse, quod gula essent dediti, ac proinde eos hac simili-
tudine & suo exemplo adsobrietatem & carnis mortificationem vo-
cat, ut causa sublata effectus quoque tollatur.*

“ *Oὐτω τρέχειν να καλόπεπτον.*
“ Ita currite, ut primi sitis in cursu, & sic præmium positis
“ asseqvi.

Chrysostomus particulam γράμμα pro διπλόστιῳ nota accepit:
Uti cursores currere non desinunt, donec ad metam pertigerint:
Ita & nos perseverare debere, nec finem currendi facere, quam-
diu vivimus. Cæterum in terreno quidem cursu primus tantum
accipit brabeum, at in hoc spirituali cursu omnes vult accipient;
ideò de illo unus, inquit, accipit brabeum: De hoc verò omnes
monet: *Sit currite, ut comprehendatis, quia non στάδιοντες*
post nos in studio relinquendos, sed exemplis omnino excitando,
monitisque juvandos, quum certamen sit contra hostes no-
stros, spiritus malignos, carnem & mundum instituendum. Non
est invidus agonotheta noster inquit Hieron. ad Lucen. T. I. fol. 87.
nec alterius palma alteri parit ignominiam. Omnes athletas suos
desiderat coronari. Accipi tamen particula γράμμα non incom-
mode potest de modo cursus, ut particula non sit similitudinis, sed
qualitatis, quasi dicat: *Ita currite, ut palmam vel brabeum acci-
piatis.* Qui sensus simplicior videtur. Requisita cursoris
hic applicari possunt Christianis, quæ sex recensentur:
1. rectam viam eligere. 2. non consistere, nec retrocedere. 3. omnes
ambages vitare. 4. Judicia spectatorum negligere. 5. Onus premens
deponere. 6. sudores & molestias tolerare.

Hag